



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15490

690	EUGENIVS P. IV.	C O N C I L I V M	F R I D E R I C V S III. I M P .
		spiritualibus exigatur vel pro- mittatur.	XXIV. De pænitentiis & remis- sionibus.
		XXI. De Iudeis.	XXV. De sententia excommunicati- onis, interdicti & suspensionis.
		XXII. De usuris & usurariorum pænis & preemptionibus.	XXVI. De publicatione statutorum, & eorum copia habenda.
		XXIII. De pænis.	

P R A E F A T I O .

Ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, salutem quoque gregis nobis crediti. Nos Nicodemus eiusdem gratia episcopus Frisingensis, vna cum venerabilibus fratribus nostris sincere dilectis, Nicolao præposito, Henrico decano, totoque capitulo ecclesie nostræ Frisingensis, nec non venerabilibus patribus, honorabilibusque nobis in Christo dilectis abbatibus, præpositis, archidiaconis, decanis, ac vniuerso clero nostræ diœcesis, nobis in hac sacra Synodo assistentibus, ad coercionem excessum, reformationemque morum, diligent ac matura deliberatione præhabita, infra scriptas constitutiones & statuta ex causis rationabilibus solenniter & communiter edidimus, & præsentibus promulgamus, sub poenis quoque in eis contentis præcipimus inuiolabiler obseruari, & vt infra continetur, in anno bis publicari.

C A P I T V L A .

I.

Quia pastorali sollicitudini incumbit, subditis prouidere, ne ab ignotis seducantur, quos nonnunquam percepimus retroactis temporibus abiectos, & quod detestabilius est, facinorosos, inhabiles circa diuina, se ingessisse in animarum pericula & scandala plurimorum, districte sub excommunicationis poena præcipimus & mandamus vniuersis nostræ diœcesis prælatis, decanis, ecclesiarum rectoribus, plebanis & vice-plebanis, ne de cetero aliquem alienæ diœcesis, seu ignotum etiam peregrinum se pro presbytero, seu in sacris constituto gerentem, ad

